



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

[XXV. De officio judicis delegati.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

aliquem certum articulum alterum depu-taverit, ab eo, nisi modum excedat, non liceat appellari, dummodo de partium deputetur vel recipiatur assensu. Quod si delegatus a nobis vel litis exordium, vel causae finem, nedum totum negotium, ei duxerit committendum, ab ipso tanquam a iudice licet provocetur, cum & lis ante iudicem debet contestari, & causa per iudicium diffiniri.

appellationem hujusmodi valeat allegari. Si quis autem terminum appellationis præ-veniens tacita veritate literas reportarit, & careat impetratis, & peccatum contumacia non evadat.

*Idem magistro Apollinari.*

**B** Revi sedem apostolicam sciscitatus Lib. 1. epist. 389. cuius Ecclesiæ servare ac pro posse defen-dere juramento tenetur, si necessitate im-minente sub debito juramenti ad hoc fuerit requisitus, & nolens hoc facere, ad se-dem apostolicam duxerit appellandum, perjurij reatum incurrat. Nos autem que-stioni tuae taliter respondemus, quod in hoc articulo appellantem a perjurio talis appellatio non excusat; immo, nisi aliqua difficultas obstat, propter quam non possit requisitus Ecclesiæ subvenire, culpa perjurij potius irretitur.

### TITULUS XXV.

De officio iudicis delegati.

Cap. Sapo. de  
appell.

**S**æpe contingit quod cum ad nostram audientiam appellatur, propter de-fectum partis alterius neque per se neque per responsalem idoneum appellationem interpositam prosequentis, vel forsan ex malitia responsalis mandatum procurato-rium occultantis, lites quæ de facili pote-rant terminari, remaneant indecisæ, cum frequenter juris questio moveatur cuius apud nos probationes necessariae non exi-stunt, & interdum etiam facti questio de levi posset partibus præsentibus compro-bari. Unde licet in Lateranensi Concilio fuerit constitutum ut si in quocumque ne-gotio aliquis appellaverit, & eo qui ap-pellatus fuerit veniente, qui appellavit venire neglexerit, competentem illi re-compensationem faciat expensarum, ut hoc saltem timore deterritus in gravamen alterius non facilè quis appellera. Quia ta-men propter hoc questiones nihilominus prorogantur, volentes ut finis litibus im-ponatur, & ne fraus & dolus alicui suffra-gentur, de consilio fratrum nostrorum præsenti decreto statuimus ut si hujusmo-di appellatio vel a iudice recepta, vel a parte fuerit approbata, post terminum appellationi præfixum, edicti peremptori-vires obtineat, ita videlicet ut ex tunc in absentem partem procedatur ac si per-emptori vocatus ad iudicium extitisset. Quod si forsan interposita provocatio ma-litiosa recepta vel approbata non fuerit, cum constiterit legitimè provocatum, nihilominus eam vigorem volumus obtainere. Salvis constitutionibus de provocacioni-bus post sententiam promulgatis, quibus appellationes suas prosequi non curanti-bus post terminum appellationi prose-quendæ præfixum rata maneat sententia quæ fuerat appellatione suspensa. Quic-quid autem contra citationem peremptori-am posset ab absente proponi, adversus

### TITULUS XXVI.

De crimine usurarum.

*Idem omnibus prælati in regno Francie  
constitutis.*

**Q**UAM periculosum sit vitium usur-a. Lib. 1. epist. 399. rum discretionem vestram non cre-dimus ignorare, cum præter constitutio-nes canonicas quæ in eorum odium emana-narunt, per prophetam detur intelligi eos qui suam dant pecuniam ad usuram a tabernaculo Domini repellendos, & tam in novo quam in veteri testamento prohibi-tæ sint usuræ, cum veritas ipsa præcipiat, *Mutuum date, nil inde sperantes, & per prophétam dicatur, Vsuram & omnem su-per abundantiam non accipias.* Inde est quod universitati vestre mandamus quatinus manifestos usurarios, eos maximè quos usuris publicè renuntiassè constiterit, cum aliquis eos convenerit de usuris, nullius permittatis appellationis subterfugio se-tueri.

*Idem Mutinensis Episcopo.*

**D**UDUM ex parte tua recepimus quæ-sitionem, quod quidam usurarij tuæ dioecesis eos quibus dant pecuniam ad usu-ram præstare faciunt juramentum quod usuras non repeatant, & super his quas sol-verint nullam moveant quætionem. Nos igitur inquisitioni tuae taliter responde-mus, ut usurarios ipsos monitione pre-missa & per censuram ecclesiasticam ap-pellatione